




1554
Peucer







. Peucer,
Witteberg
de caus
de differ
1554. 27
succini
sitiones
— Zus. 4

Sammlung
jede auf de
trägt. Die 4
Professor de
Daten zur D
Jahr hervor
Braunfleck

sammengebracht. Magde
120 ungez. Bll. 8⁰. Gr

Goedeke II, S. 397. Braunflecki
A. D. B. XXIII, 512. Höchst

2230a. (Neven aus Montaub
Nepote de monte al
novo zizania purgatus ..
.... impressum Lugdu
12⁰. Goth. Type, 2 Spa
Bl., 1 w. Bl. Pergt.

Handbuch der juristischen Einw
aus Montauban sein.

2231. Nider, Joh., Ord. P

K

4 Schriften:

1) Peucerus, C. Propositiones de coctionibus
2) " " " Propositiones de causis liberarum actionum
3) " " " Propositiones de origine
4) " " " Propositiones de principiis rerum physicis

Nr 3 [illegible]
(Barth)

Peucers
Wertvolle Widmungsstücke
an den jungen Joachim
Camerarius


Caspar Peucer, Prof. der
Mathematik, später der Medizin
an d. Univers. Wittenberg. Später
Leibarzt u. zugl. d. Melanchthons
Schwiegersohn. 1525–1602.

Joachim Camerarius, dem die Schriften
gewidmet sind, wohl ein Sohn des Joachim
Camerarius, Prof. zu Nürnberg, Tübingen etc.

vergl. Poggendorff. 369.





# PROPOSITIONES DE COCTIONIBVS ET ANNI RATIONE. DE QVIBVS DISPVTABITVR XXIII IVNII.

In Auditorio maioris Collegij hora consueta.


Caspar Peucerus.

Anno 1554.

VVITTEBERGÆ

EXCVDEBAT IOHANNES CRATO.

Joachimo Camerario Joachimi filio fr[atr]i suo carissimo Caspar Peucer



# PROPOSITIONES.

I



Coctio quæ græcis πέψις dicitur, est alteratio, quæ fit ã calore naturali & proprio humidum et siccum reducente ad temperamentũ conueniens. Requiruntur ergo ad coctionem omnem tria: humidum & siccum ut ἀντικείμενα παθητικά & ἀδιόριστα, & calor ut agens.

II

Intelligimus autẽ calorem naturalem, & propriũ, qui Aristoteli est φυσικὸν καὶ οἰκεῖον θερμόν, calorem temperatum ac σύμμετρον utriq;, humido

& ſicco. Et naturalem quidẽ eum, qui natura inſitus eſt rebus, quę coquuntur. Proprium uero non tantum innatum, ſed & extraneum, qui foris adhibetur & temperatur arte.

III

Coctiones enim alias natura efficit & abſoluit ope inſiti & connati caloris. Alias ars imitatione naturæ molitur, calore forinſecus admoto, moderatoq; pro ratione & conditione rerum, quæ coquuntur.

IIII

Caloris et conſideratio diuerſa eſt, & diſcrimen uarium ac multiplex, & effectus non idem, quod ſubiecta, in quæ agit, uariant ac diſcrepant.

V

Nam aut abſolute conſideramus

mus calorem, ut qualitatem nudam & ſimplicem ceu auulſam ac ſeparatam à ſubiecto: aut relatiue, ut qualitatem inſitam atq; accommodatam ſubiecto.

VI

Abſolute conſiderati caloris proprium eſt congregare ut uocant homogenea, ſeparare ac ſecernere heterogenea. Hic adeptus & complexus ſubiectum conueniens, in quod uim ſuam expromat ac defigat, auget intenditq; ſemetipſum. Non conueniens ſubiectum diſſoluit ac deſtruit, ſubiectoq; pereunte ſimul expirat atq; euaneſcit.

VII

Calor ſubiecti pro natura ſubiecti uariat actionum atq; effectionum qualitatem & uehementiam aut remiſſionem. Aut enim proprio ineſt ſubiecto, aut alieno. V-

trumque natura uel siccum est uel humidum. Vtriusque sicci & humidi differentiæ & gradus multiplices.

## VIII

Proprium subiectum uoco, cui à natura calor inditus atque infixus est, ita ut per se insit consistat & conseruetur in eo. Alienum nomino, quod per accidens inuasit & occupauit, ab extraneo incensus immissusque principio, idque uel consumit, uel relinquit tandem ac destituit.

## IX

In subiecto proprio, sicco, ignea: in humido aerea constituit corpora, simplicia in simplici, mixta in mixto subiecto. Et aliter ex sicco, aliter ex humido agit subiecto. Cumque tam humidum quam siccum aut tenue sit aut crassum, tenui

tas

tas etiam & craſſities ſubiecti non parum uariat actionem caloris.

X

Eadem ratio alieni ſubiecti eſt, in quo calor alienus mox, poſtq; inſedit, uiget actu, eo uſq; donec uel deflagret ſubiecto deficiente, uel exhalet ac diſſipetur. In proprio ſubiecto mixto præſertim proprius calor latet ferè potentia, & non niſi excitatus ac uelut de potentia in actum reductus, exerit ſeſe.

XI

Variat actionem unius atq; eiuſdem caloris & diuerſa obiectorum materia plurimum, in quæ ſeſe uis caloris explicat. Aliter enim ſiccum, humidum aliter, aliter item tenue uel craſſum afficit, aliter ὁμογενές, aliter ἑτερογενές, non quidem quo ad primam & per ſe actionem,

qua calefacit, ſed qantum ad ſecundas ac per accidens, quæ caloris impreſſionem conſequuntur.

XII

In Phyſicis uero corporibus præſertim mixtis animatis multum animaduertitur differre natiuus calor ab aſcito ſeu acquiſito.

XIII

Natiuus calor, qui ab Hipocrate ἔμφυτον καὶ σύμφυτον θερμὸν nominatur, uulgo complantatus & complexionalis calor, eſt calor temperamenti totius & partis cuiuſqꝫ, in conueniente ſubiecto proportione congrua & cœteris mixti qualitatibus & formæ ſubſtantiali attemperatus, cuius eſt primum & immediatum organum.

XIIII

Hic quanqꝫ tot ſunt eius diffe

rentiæ

rentiæ uel in uno mixto, quot par-
tes formis diſtinctæ, tamen pro ra-
tione mixti recte & ſecundum na-
turam conſtituti, ſubſtantia (ut Ga
leni uerbis utar) conſtat bene tem-
perata, quæ tamen aeriæ propior
eſt quam igneæ aqueæ aut terreæ,
mutaturq́ꝫ cum ætate, etiamſi nul-
lis alijs uicietur cauſis. A principio
mitior, blandior, et temperatior eſt,
quod corpus humido abūdat. Poſt
uſq́ꝫ ad ἀκμὴν paulatim ſicceſcente
corpore, acuitur fitq́ꝫ acrior & in-
ſuauior. Poſt ἀκμὴν deficit ſenſim
atq́ꝫ elangueſcit, humido quo conti
netur uehitur & alitur areſcente,
donec tandem idoneo deſtitutus
pabulo prorſus euaneſcit.

XV

Cognatus eſt natiuo calori in-
fluens, quem in animantibus uita-
lem uocant. Producit hunc cor

fons uitæ cum ſpiritibus uitalibus, ui natiui temperamenti his expreſ-ſis ex tenuiore ſaguine incenſiſq́, & cum ſpiritibus calorem illum per arterias diffundit in totum corpus.

XVI

Eſtq́ uitalis caloris in animantibus ad natiuum ferè ea ratio, quæ τῆς οἰκείας τροφῆς ſeu humidi nutrimentalis, ad natiuum humidum, quod σύμφυτον ἰκμάδα, ὕλην & ὑγρότητα Galenus nominat.

XVII

Nam natiuum calorem uelut ſopitum aut latentem excitat, uegetat, fouet, uelut de potentia in actũ reducit & conſeruat, ſeq́ illi miſcet & coniungit, & cum eo fit præcipuum ac principale organum, quo ſubſtantialis forma & conſeruatur & actiones naturales in quauis parte exercet ac peragit, ſeu ut Galenus

lo-

loquitur αἴτιον πάντων ἔργων φυσικῶν.

## XVIII

Plantis calor ſolis uel alius calor arte temperatus ſolis calori ἀνάλογος, præſtat hoc, quod animantibus uitalis, quo ſi non fouerentur, non ederent germina flores & fructus nec editos fructus, ſi deſtituerentur eo, maturarent unq̃.

## XIX

Aſcitus ſeu acquiſitus calor (ἐπίκτητον θερμὸν) generaliter in animantibus præſertim, eſt quiuis extraneus calor neq; cum temperie prima mixti formatus atq; conſtitutus, neq; ex corde natus, ſed à quacunq; cauſa naturali uel præternaturali incenſus impreſſuſue, ut calore τοῦ περιέχοντος, medicamentis, obſtructionibus, intemperie aliqua partium, putrefactionibus &c. Is uero

aut

aut temperatus est, aut intemperatus,

## XX

Temperatus quod & natiuo calori, & humido siccoq; ἀνάλογος est, si ex rebus tẽperatis uel foris admotis, uel assumptis interius, atq; à natiuo calore ceu uegetatis primo, eliciatur atq; euocetur, eundem ἀντιθερμαίνει & uicissim fouet auget atq; adiuuat.

## XXI

Intemperatus igneus, qui grecis est ἀλλοτρία θερμότης, diuersus à naturali prorsus est substantia, & actionibus atq; effectionibus. Nam ut huius temperata, sic ignea illius substantia est. Hic coagmentat, sustinet, tueturq; mixta, quibus inest, actionesq; eorum ceu minister formæ substantialis, administrat ac perficit, et ne corrumpantur prohibet,

bet. Ille corrumpit ac destruit, quęcumq; occupat, aut putrefaciendo aut dissoluendo ac dissipando adustione.

XXII

Ex his fontibus de causis generationum & corruptionum, alterationumq; & coctionum, quæ fiunt in corporibus mixtis disputat Aristoteles & constituit coctionum differentias tres, causis efficientibus & fine atq; effectionibus distinctas, totidemq; τῆς ἀπεψίας. Nam ut fiunt coctiones cum est συμμετρία caloris ad humidum & siccum, sic ἀπεψίαι existunt, cum ἀσυμμετρία aliqua eadem dissident.

XXIII

Maturatio, πέπανσις, est coctio, cum calor natiuus non est prostratus nec imbecillior humido, sed cogit, sistit, moderatur & dirigit humidum

midum ad temperiem rei conuenientem, qua se res illa optime habere potest, & superfluum atq; alienum humidum separat atq; expellit.

## XXIIII

Oppositæ cruditatis ἡ τῆς ὠμότητος causa est ἡ ἀόριστος ὑγρότης, δι' ἔνδειαν τοῦ φυσϊκοῦ θερμοῦ, καὶ ἀσυμμετρίαν πρὸς τὸ ὑγρόν τό πεπαινόμενον, ut Aristoteles inquit. Cum scilicet natiuus calor uel prostratus uel debilior humido nequit id percoquere, deciso absumptoq; superfluo, sed reliquum fit humidum excrementitium, quod quia regimine caloris destituitur, tandem corrumpitur & putrescit Estq; ὠμότης, ut Aristoteles recte inquit, ἢ πνευματικὴ, ἢ ὑδατώδης, ἢ ἐξ ἀμφοῖν.

## XXV

Elixatio, ἕψησις, coctio est, quæ fit cū â calore humido, quod in humido

mido crassum est & superfluum magna ex parte educitur atque absumitur, reliquum attenuatur & cum sicco subacto aliquantulum atque emollito commiscetur temperie tali, ut hoc modo cocta sicciora aridioraque euadant. ἐκκρίνεται γὰρ τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τῆς ἐν τῷ ἔξω ὑγρῷ θερμασίας, διὸ ξηρότερα τὰ ἑφθὰ τῶν ὀπτῶν.

## XXVI

Opposita μόλυνσις fit cum debilior calor non perficit inchoatam coctionem.

## XXVII

Assationem, στάτευσιν, calor siccus efficit, qui superfluum humidū et crassius euocans trahensque ad superficiem exugit & resoluit, durataque post & ceu ustulata superficie reliquum conclusum intus percoquit, et in sicciores partes attenuatas fundit ac distribuit, Opposita ei στάτευσις.

Etsi

XXVIII

Etſi autẽ Ariſtoteles aſſationem & elixationẽ arti tribuit, & aſſationis cauſam calorem facit alienũ, tamen paulo poſt naturã quoq; ſimillimis in animantium corporibus fatetur uti alterationibus, & per calorem alienum extraneum tantum, et non ἀσύμμετρον uel toto genere alienum intelligere eũ uel id argumento eſt, quod artificialem aſſationem definit, quam ars molitur imitatione naturæ, calore foris præparato & appoſito.

XXIX

Fiunt itaq; coctiones aliæ natura, aliæ arte. Illas ſemper innatus rebus calor: has proprius, id eſt σύμμετρος et attemperatus abſoluit.

XXX

Quanq; enim natiuus calor externis

ternis ſœpe præſidijs fouetur robo-
ratur et iuuatur, cum quod illis ipſe
augetur, tum quod extraneus calor
ſœpe contumacem & calori natiuo
repugnantem materiam euincit
ac conficit, meatuſq; recludit, ut
ſubire ac penetrare natiuus poſſit,
coctionem tamen omnem natura-
lem ipſe intendit, inchoat, gubernat
& perficit. Externus illo extincto
fruſtra adhiberetur. Et eo quidem
ordine ſemper progreditur, ut à co-
ctione ordiens, totam ſimul mate-
riam, quæ ſœpe diuerſiſſimis con-
ſtat partibus complectatur, totãq;
ſubigere, adæquare & immutare
annitatur. Et quia in craſſioribus
partibus & nimis tenuibus non aſ-
ſequitur aut præſtat hoc, quod in
temperatis et ſibi cõgruis, ideo poſt
coctionem abſolutam in tempera-
tis, tentatam & inchoatã in crudis,

ad διάκρισιν sese conuertit, separat co-
cta ā crudis, tandemq; cruda eijcit.
Recte dixit Aristoteles, ἡ ἀρχὴ τῆς τε-
λειώσεως ἀπὸ θερμότητοος οἰκείας συμβαίνει,
κ' ἂν δία ἄλλου τῶν ἐκτὸς βοηθείας συνεπιτε-
λεσθῇ. Et Galenus inquit Externum
calorem natiuo ἐπικουρεῖν, καὶ ἄγειν εἰς πε-
ψίν, καὶ τὰ συμμέτρως θερμαίνοντα ἐργάζειν
πεπασμούς.

## XXXI

Cum itaq; coctionem Solus mo-
deratus rebusq; accommodatus ca
lor efficiat, sequitur cruda fieri &
manere, quę uel ab imbecilliore, uel
ardentiore atq; intensiore iusto ca-
lore coquūtur, et ἀπεψίαν esse utrãq;
ἀτέλειαν, tam eã quę δι' ὑπερβολήν, quã
quæ δι' ἔνδειαν caloris fit.

## XXXII

Aristoteles contentus ἀπεψία ex
caloris imbecillitate, alterius nõ me
minit. Fortasse quod abusiue & nõ
proprie cruditas dici possit, uel po-
tius

tius quod una cũ caloris exuperan-
tia mutetur etiã modus coctionis,
ut in aliam cognatã degeneret. Sic
ἕψησις, si exhausto diminutoue humi
do, calor fiat ardentior & siccior in
ὄπτησιν: ὄπτησις si calor siccus modum
mensuramq; plus nimio excedat, in
torrefactionem degenerat. Sic de
cœteris.

XXXIII

Galenus distinguit utramq;, &
tam cruda uocat, quæ à calore im-
moderatiore ceu deuruntur, quam
quæ ab imbecillo non euincuntur.

XXXIIII

Naturalium coctionum exem-
pla nostra nobis suppeditant cor-
pora, in quibus tres fiunt coctiones
principales toto uitæ tempore, di-
stinctę ordine ac tempore, locis, or-
ganis, finibus seu effectionibus, &
causis efficientibus. Earum præce-
dens nutrimentũ sequẽti pręparat-

ultima nutritioni id attemperat.

XXXV

Singulis hisce coctionibus peculiaria Deus opifex naturæ fabrefecit organa, certa temperie prædita & uirtute instructa conueniente. Quorũ quædam præparant & aduehunt nutrimentum coquendum, quędam id exceptum complectuntur ac cohibẽt, eo usq;, donec quantum fieri potest exacte elaborarint & confecerint, quędam percoctum educunt ac distribuunt. Neq; illorum aduersor sententiæ, qui in pręparantibus atq; aduehentibus organis inchoari, fieri in ueris & coctioni præcipue destinatis, compleri in educentibus coctionem sentiunt.

XXXVI

Prima cuius finis est χύλωσις nutrimenti, fit & absoluitur in uentriculi ampla cauitate. Huic alimentũ man-

manſum commolitumq; dentibus deſert oeſophagus, trahentiũ et pro pellentium fibrarum ope. In uentri culo alimentũ uertitur in chylum, qui eſt liquor ſimilis cremori ptiſa-næ, albus, atq; ubi maturuit protru dente eum uentriculo, trahentibus inteſtinis transfertur in inteſtina.

XXXVII

Cum autem alimentũ ſit ἑτερογε-νές, & conſtet partibus diuerſis, ne-quit uentriculi calor omnes pariter in chylum conuertere, quod ad om-nes non eſt συμμετρός. Fiunt ergo & colliguntur περιττώματα hæc in prima coctione.

XXXVIII

Interea dum peragitur coctio, partes alimenti tenuiores aqueæ in uapores extenuatę euolant ſurſum, Eorum pars per os & nares ſpargi-turi n aerem, pars per foramina oſ-ſis σφηνοειδοῦς cerebrũ petit.

Vapores hos non ut prorſus in-
utilia excrementa & oneri futura
nocituraq; cerebrũ repellit, ſed ad
ſui rigationem refectionemq; uſur
pat, ne ob continuos motus & uehe
mentes plus nimio areſiat. Denſa-
tis enim coactiſq; in liquorem, &
coctis quantum opus eſt, elicit ac
ſeparat quod purius ac dulcius eſt
ad ſuos uſus. Aqueum craſſum &
tenue per meatus ortos ac propa-
gatos ab infundibulo, ablegat in
palatum & nares. Hinc mucor
narium & pars ſaliuæ, quæ expui-
tur. Terreum ſiccum & igneum
deponit in aures. Hinc ſordes au-
rium. At halituoſum tenue per cra
nei ſuturas & occultos capitis po-
ros effluit. Mediocre, lentum &
humidum per eoſdem lentius po-
ros egeritur, urgentibus & protru-
denti-

dentibus, qui succedũt uaporibus, atq; in cutis superficiem extẽditur. Crassum siccum et uiscidum impactum hœret radicibus capillorum, fitq; eorundem materia.

## XL

Temperatæ partes in chylum mutantur. Crassæ & aqueæ crudæ manent uertunturq; in phlegma. Cuius semper aliqua pars, cum excernitur chylus, in uentriculo remanet & intestinis, ceu illita lateribus, quę superficiem leuem ac lubricam reddit, quo feces, ubi chylo exhausto exaruerunt, penetrent facilius. Hæ reliquię tandem dtersę et abrasæ flauabile cum fecibus excernuntur. At crassæ partes & terreæ in feces degenerant & ἀποπατήματα.

## XLI

Secunda coctio in hepate fit

hoc modo. Venæ Mesariacæ, quæ à uena portæ multiplici serie in intestina distribuuntur, exugunt de tota chyli massa, quod succulentũ maxime est, idq; conuehuut in caudicem uenæ portæ, quem sima hepatis regio promit, Ex eo diffunditur in alias inde deriuatas propagines, quibus tota intus sima hepatis regio concinna serie intexta est. In illis surculis fit χύμωσις chyli, uirtute & calore hepatis, id est chylus uertitur in χύμους plures & distinctos.

XLII

Calor enim hepatis temperatus non est σύμμεξος ad omnes chyli partes. Quare cum in totam incumbat & agat massam pariter, eo fine, ut uertat eam in humorem qualitatibus sibi conformem, & si intendit generationem humoris

unius

unius tantum: plures tamen necesſario euadunt, cum ob ἀσυμμετρίαν partium ad calorem parem coctu- ram non experiantur & ſubeant omnes.

## XLIII

Nam interea dum chylus in hepate feruet & temperatæ partes ſanguinis et colore tinguntur et imbuuntur qualitatibus, tenuiſſimæ rurſus in halitus ſolutæ expirant, perq; uenas maxima parte efferuntur leuitate ſua ſurſum. Craſſiores aliquãto, tenues tamen et calidę, pluſculũ ceu deurũtur, inq; bilem quã ξανθὴν χολὴν & χυμοντικρόχολον uocant abeunt. Phlegmaticæ propius ſanguini conformantur inchoatis quibusdam qualitatibus. Craſſæ terreę quę ſubigi et exequari ob duritiem nequiuerunt & ariditatem, obſcura quædam ſanguinis linea-

 menta

menta acquirunt, ut colorem non purpureum floridum, ſed nigrum. His τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ nomen tributum.

## LXIIII

χυμώσει hoc modo abſoluta aggreditur hepar διάκρισιν, quę fit, cum uaſa euehendis excipiendiſq; comparata ſuperfluitatibus, cognatos humores trahunt, hepar eoſdem propellit.

## XLV

Melancholicum ſuccum craſſiorem lien attrahit. Bilem flauam folliculus fellis rapit. Sanguinem & phlegma cum mitiore parte melancholici ſucci & flauæ bilis, ſurculi uenæ cauæ, quæ à caudice deriuatæ totam gibbam hepatis regionem obſident atq; implicant, adapertis quæ ad uenæ portæ ramulos ceu conniuent oſculis ſuis, hauriunt. In

In illis αἱμάτωσις abſoluitur, quam ā χυμώσει nō recte aliqui ſpecie diſcernunt. Non enim nouus ibi generatur humor, ſed una cum coniunctis humoribus exactius elaboratur ſanguis, atq; à ſeroſo expurgatur excremento, conſequiturq; ultimum & perfectiſſimū (ut ita dicam) actum.

XLVI

In ea coctione ἰχῶρος, qui eſt tenuis aquea ſuperfluitas, in ſingulis humoribus peculiaris ac propria, eius (inquam) crudiſſima pars, quę ob nimiam tenuitatē denſari, percoqui, et in nutrimentum utile commutari nequiuit, ſeparata à tota maſſa commixtorum humorum, parit excrementum, quod ὀῤῥὸν & ὀῤῥῶδες περίττωμα id eſt ſerum & ſeroſum excrementum nominant. Id ubi ſanguis in caudicem uenæ cauę ceu corriuatur, diſpertiendus cœte

ris

ris membris, à renibus per uenas e-
mulgentes attrahitur cum aliqua
ſanguinis parte, colatumque excerni
tur in οὐρητῆρας & ueſicam, & uocatur
urina.

XLVII

Tertia & ultima coctio in extre
mis fit uenulis, quæ inſertæ mem-
brorum ſubſtantiæ capillares no-
minantur. Et perficitur uirtute &
calore partiũ ipſarum nutrimenti
ſibi qualitates conformantiũ. Ge-
neratur in ea coctione humor, quẽ
innominatũ Auicenna uocat. Ga-
lenus περιφρασικῶς, ὑγρότητα κατὰ τὰς μι-
κρὰς φλέβας τὰς ἰδίας ἑκάστου τῶν μορίων συνι-
σταμένην.

XLVIII

Conſtat hic humor duabus par
tibus. Vna craſſiore & lentiore,
quæ qualitatibus membris ſimilis
eſt, & effuſa extra uenas, ſubſtan-
tiæque

tieq; membrorum apposita, affixa, & conformata nutrit, uocaturque οἰκεῖα τροφή. Altera tenuiore, dilutiore & aquosiore, quam Galenus in libello de Marasmo ὑγρότητα ἐν ταῖς μεταξὺ χώραις τῶν σωμάτων appellat.

## XLIX

Dum coquitur ultima coctione nutrimentum, tenuiores partes rursum in halitus funduntur, quorum qui tenues sunt occultos corporis poros per labentes ἀδήλως τῇ αἰσθήσει διαπνοῇ in circumfusum expirant aerem. Crassiores ob lentorem & crassiciem tardius egeruntur, cutiq; adhœrescentes τὸ ῥύπος, quod in balneis detergitur, cuti illinunt.

## L

Cum autem natura in qualibet coctione intendat principaliter unius humoris generationem, sequitur cœteros, quos ab illo, quē instituit,

diuer-

diuersos ex diuersis materiæ partibus producit formatque, proprie περιττώματα esse, sicut & à Galeno nominantur. Et χρήσιμα quidem περιττώματα sunt, quos ad usus certos natura reseruat & usurpat, alia quidem per se χρήσιμα, alia per accidens. ἄχρηστα quę tanquam inutilia lœsuraque, si intra corpus detinerentur, continuo eijcit, ut feces, urinam & coetera.

## LI

Natura recte se habente, uigente & debite nutrimentum coquente, coctiones iam enumeratæ prorsus elixationi similes sunt, præsertim quoad principalem humorem. Calore enim naturali humido perficiuntur: Assatione quadam ossa tum fiunt tum nutriuntur.

## LII

Purulentæ materiæ in Apostematis

matis & crudorum humorum in uenis coctio quandam habet ſimilitudinem cum coctione fructuum. Quare ad πέπανσιν reduci poteſt. Non.n. id quod corruptum fuit ita corrigit natura aut reſtituit, ut corpori uſui eſſe poſſit, ſed ad expulſionem aptiſſimam illi formã induit. Hoc modo cocta intelligit per πέπονα Hippocrates, id eſt maturata, quę natura tentata coctione, ſeparatis bonis atq; utilibus, ita exæquat, ut educi facile poſſint.

LIII

Coctiones παρὰ φύσιν, & περιττώματα παρὰ φύσιν & pluribus ac diuerſis coctionum modis procreant.

LIIII

Differt annus ſydereus à naturali ſeu uertente.

Sy-

## LV

Sydereus, ἀστεροτηρίς, complectitur ſpacium temporis, quo Sol ab aliqua ſtellarum fixarum, ut prima Arietis ſtella, digreſſus toto zodiaco peragrato ad eandem reuertitur. Et conſtat diebus 365. horis 6, ſcrupulis 9′, 39″.

## LVI

Naturalis annus ſeu uertens, τροπικός, ſpacium temporis eſt, quo Sol totum emenſus zodiacum redit ad idem æquinoctium uel ſolſticium.

## LVII

Eſt autem hic tropicus annus pepetuo & minor ſydereo, & ſui diſſimilis.

## LVIII

Cauſæ inæqualis magnitudinis anni tropici apparentis quatuor

ſunt.

ſunt,& ſi unam tantum Ptolemæus ponit.

LIX

Inæqualis præceſſio æquinoctiorum uel ſectionum æquinoctialium, quæ in antecedentia prorepunt anteuertendo ſtellas fixas. Anomalia motus Solis in zodiaco. Mutatio τῆς ἐκκεντρότητος & Apogæi Solis.

LX

Peruetuſta eſt huius anni ratio & uſus. Et Deus ipſe ſuo eam populo tradidit atque commendauit, eo ipſo, quod annuatim momenta æquinoctiorum obſeruari, & de illa obſeruatione inchoari annos Lunares, diſtribuique in menſes uoluit.

LXI

Exiſtimo autem omnino populum Iudaicum temporum ſeriem

ſecundum æquinoctiorum obſer-
uationem ſeu anni tropici ſpacium
numeraſſe ac diſtinxiſſe. Politicum
uero annum ſecundum curſus Lu-
næ operis domeſticis & ſacris ac-
commodaſſe.

## LXII

A ſolari anno lunaris differt, in quo menſium diſtributio ad Lunæ curſum accommodatur.

## LXIII

Complectitur enim ſpacium duodecim mēſium Synodicorum, qui dies continent 354 ac trientem cum triceſima parte unius diei fere, id eſt horas 8. ſcrupula 48.

## LXIIII

Quare à ſolari, (ſi is anni Aſtronomici ſcrupuloſa præciſione non ſeruata, ut uulgo fit, 365 diebus &

diei quadrante æſtimetur ac defi-
niatur ) pene diebus undecim defi-
cit, hoc eſt 10 diebus, horis 21, ſcru-
pulis 12.

## LXV

Dies hos uocarunt ἐπάκτας, & aliȩ gentes, alia ratione uel ſingillatim ac ſeorſum, uel collectos in menſes, qui inde ἐμβόλιμοι nominati ſunt, annis aut addiderunt aut inſeruerunt Lunaribus, ut hoc quod eis deeſſet à ſolarium perfectione explerent, & annua ſpacia ſolaribus adæquarent, ſcilicet ut ſolſtitia & æquinoctia quæ hoc defectu ſedibus mota ſuis uagabantur, ceu retracta reſtituerentur in loca priſtina.

## LXVI

Menſis συνοδικὸς ſpacium temporis continet, quo ~~Sol~~ Luna peragrato zodiaco non ad idem modo zo-

diaci punctum reuertitur, sed Solem ipsum assequitur, eo quoque spacio coeli confecto, quo interea Sol progressus est, dum ipsa circumiuit zodiacum.

## LXVII

Est id tempus, dierum 29, horarum 12 cum dodrante propemodum. Et periodicum mensem qui tempus integræ conuersionis Lunæ atque in idem punctum restitutionis comprehendit, excedit biduo ferè & horis quinque.

## LXVIII

Synodicis mensibus, ut Lunaribus annis, tanquam politicis, Sancti patres diuino instituto usi sunt, ob commoditatem œconomicis administrationibus aptam. Et de interuallis præcipuarum φασεωμ seu effigierum Lunæ, mensem quemlibet

libet in quatuor ἑβδομάδας distribu-
erunt, septem enim fere dies inter-
lunio seu primo μηνοειδεῖ, atque pri-
mæ διχοτόμῳ: totidem deinceps διχο
τόμῳ & πανσελήνῳ, intercedunt, &c.

LXIX

Græci imitatione populi Iudai-
ce eundem annum usurparunt. Et
Romani Græcorũ imitatione. Sed
mutarunt initia, & epactarum in-
sertiones.

LXX

Græci enim ab eo mense, qui
post Solstitium æstiuum proximus
iniit, Romani à Bruma annum in-
choarunt, & aliter quam Hebræi,
ac sœpe uariata ratione Solis
cursui Lunares annos
accommoda-
runt.

*Propo: 27 lege ὄπτησιν pro ἐάτευσιν,*